

Universitätsbibliothek Paderborn

Antonii Bynaei de Calceis Hebraeorum Libri Duo

Bynaeus, Anthony

Dordraci, 1682

Objectio non contemnenda, qua ratione Rutha ducenda erat, si non ex
jure de leviratu hæc agerentur, solvitur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12835

emptione per sudarium monuisset subjungit. Olim fiebat id calcei extracti & traditi ceremonia, ut testatur historia Ruth. Neque aliud in animo habuit Chaldeus interpres, qui pro calceo chirothecam substituit. טלע נבר נחך יד ימינה וחוות כיה exuebat homo chirothecam manus sue dextræ, & emptionis causa proximo porrigebat. Et paulo post: אושיט ידך לקניהם וקני יד טלע Extende manum tuam emptionis causa, & eme tibi. Et exuit Boaz chirothecam dexteræ sue, & emit fibi. Sane cum Paraphrastes hic habeat chirothecam, manifestum est eum in animo habuisse, non hic agi de ea ceremonia quæ in Deuteronomio legitur, sed de alia, quæ in emptione & permutatione locum habebat, pro qua, cum suo tempore jam inolevisset, aliam substituit, quæ in usu suisse videtur.

X. His vero opponi potest, quod sane non contemnendum est, si hæc non agerentur ex lege de leviratu, neutquam intelligi posse qua ratione Rutha fuerit ducenda. Etenim in redemptione non neces-

340 De CALCEIS HEBRÆOR.

se erat, ut ^{לְנָא}, qui agrum sive possessionem redimebat, viduam duceret, si quæ esset. At hic Bozus diserte dicit: *Quo die redemeris Ruth. 4. 5. agrum illum è manu Naomi, etiam à Rutha Moabitide uxore ipius defuncti redemeris, ad suscitandum nomen defuncti super hæreditatem ejus.* Quod non necesse erat ex jure redemptionis, ut quidem ex illo jure, quod leviro præscripsit Deus. Unde rogit vir illustris Hugo Grotius: *At quæ igitur connexio, si agrum habere vis debes & viduam habere? Sed observandum est jus redemptionis apud veteres Hebræos eo usque extensum fuisse, ut qui succederet in omne jus defuncti, etiam viduam in potestatem acciperet ut fieret uxor, & Boazum ex hoc jure stipulatum esse, ut quo die redemptor acquisivisset agrum è manu Naomi, etiam à Rutha Moabitide uxore defuncti eum acquireret, ut nomen defuncti super hæreditatem suscitaret.* Quod, quia non recte animadvertisse videntur homines eruditissimi, hic ostendendum est.

XI. De redemptione possessionis

num lex in Levitico legitur. Ex Lev. 25.
ea lege proximus agnatus teneba-25. &c.
tur redimere eas possessiones , quas
frater, qui ad paupertatem redi-
ctus erat, vendidisset. Ex vi legis
ad nihil aliud quidem obstrictus
erat, quam ut redimeret fratri
possessionem. Id vero ex inter-
pretatione eo usque extensum apud
Hebræos veteres fuit, ut qui re-
dimeret possessionem defuncti , eo
ipso viduam acciperet in potesta-
tem , ut fieret ipsius uxor. Nam ,
uti ex hoc jure quis in demortui
possessionem universam succedebat,
ut omnia quæ defuncti fuerant
fierent ipsius , ita & viduam acci-
piebat in potestatem. Id enim
cavisse videntur Hebræi veteres ,
ut cum à propinquo redimeretur
alicujus demortui hæreditas , etiam
vidua duceretur in uxorem , ne
illa neglecta maneret & desolata.
Uxorem demortui ex redemptio-
nis jure illius fieri qui illud admit-
tebat & accipiebat, indicare vi-
detur ea stipulatio , quam adhi-
buit Boozus. *Quo die redemeris*
agrūm illum ē manū Naomi, etiam
ā Rutha Moabitide uxore ipsius de-

P 3. mortui